DEL NEGOCIO DEL PRIVILEGIO DE VEYNTE, CONTRA LOS AMANCEBADOS, TABLAjeros, y Vſureros.

ANNO 1587. tempore Quadrageſimæ, los Iurados de Zaragoça, y Capitulo y Conſejo declararon el Priuilegio de Veinte cõtra los Vſureros, Tablajeros, y Amancebados, conſultus fui, an hoc iuſtè factum eſſet? Et pro reſolutione obſeruandum eſt, quod de iure omne delictum, quod non reſpicit offenſam certæ perſonæ dicitur publicum, & de illo poteſt accuſari delinquens per quemlibet de populo, vt in crimine hæreſis, blasfemiæ, & in ſtatuto, quod iurans, puniatur tali pœna, at delicta commiſſa contra priuatam perſonam regulariter priuata ſunt, niſi lege caueatur, quod ſint publica, & pro his ille tantum accuſare poteſt, qui offenſam paſſus eſt, non autem quilibet de populo: *hanc regulam tradit Bart. in l. prima, & ibi Imola ff. de pub. Iudi. in l. fin. ff. de priuat. delictis, Bald. in l. vnica, C. ne ex delictis defuncto, Gomez variar. reſolutio. lib. 3. cap. 1. num. 1. & 9.* Cæterum quia ex quolibet delicto publico, vel priuato oritur duplex offenſa: altera parti facta, altera Reipublicæ, *l. licitatio, §. ſed quod illicitè, ff. de publi. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* Ideo licet in delictis priuatis non competat accuſatio cuilibet de populo, ſed parti offenſæ, poteſt tamen ex officio Iudex, etiam ſi principaliter offenſus non accuſet, vel deſiſtat ab accuſatione propoſita pro intereſſe tantum Reipublicæ inquirere, & procedere, *l. congruit, ff. de offic. præſid. Bart. in l. 2. §. ſi publico, ff. de adult. in l. 1. §. non vſq; adeo, ff. de iniurijs*: imò & poterit Fiſcalem conſtituere, qui accuſet, & practicatur quotidie, *l. 2. de delat. lib. 10. Cod.* & non

minus pœna delicti ordinaria imponetur, quam parte agẽte, *vt Gomez vbi supra aßerit quidquid dicat Clarus in praxi q. 17.* & quod durius est, licet de iure communi inquisitionis remedium sit extraordinarium, & ideo cesset per accusationem, *iuxta notat. per Bald. in Addit. Spec. tit. de sentent. col. 17. Salicet. in l. ea quidem, C. de accusat. num. 54. Clarus in praxi, q. 3.* hodie tamen de generali consuetudine Inquisitionis remedium est, ita ordinarium, sicut accusationis, *Bald. l. 1. §. in initio, post nu. 7. ff. de offic. Praef. Vrb.* Et ideo vtrumque contra iuris regulam cumulari potest, nec vnum facit cessare aliud. In Regno autem habemus regulam, quod omnia debent fieri ad instantiam eius, cuius principaliter interest, nec Iudex potest ex officio procedere, & ita in quibuscunque criminibus solum potest accusare is, cuius principaliter interest, exceptis casibus Procuratoris Astricti, & aliquibus Procuratoris Fiscalis, & ijs in quibus datur actio popularis, hæc regula probatur *in Obser. Item in publico, Obs. Item de criminib. titulo de homicidio, Mol. verb. Clamum, vers. 1. & verb. Accusatio, vers. Itẽ primo,* ex quo colligitur, quod in delictis, quæ respiciunt offensam priuatæ personæ, licet præter principale offensi adsit aliud secundarium interesse Reip. quod delicta puniantur, & pro eo Iudex ex officio procedere posit, & Fiscus accusare, tamen in Regno sola pars principaliter interessata posit accusare, cessante secundario interesse, & Iudicis officio, quod pro eo admittebatur, & accusatione etiam populari in ijs casibus, quibus lex ciuilis publicum esse delictum volebat, etiam si priuatam personam offenderet. Infertur etiam secundo, quod in delictis publicis, quæ non respiciunt offensam certæ personæ, & sic in quibus nõ est pars principaliter interessata, non est sublata accusatio cuilibet de populo, quia regula hæc, omnia debẽt fieri, pręsupponit partem esse principaliter interessatam, ac proinde neq; in alio casu, quam in isto procedet, *glos. l. mancipia, C. de ser. fugi. & facit vulg. reg. l. 4. §. toties, ff. de dam. infect.*

fect. quod non conueniat dispositio legis casui, cui verba non conueniunt. Aut saltim vbi dubitamus dari actionem popularem, *per d. Obseruant. Item in publico*, quæ in publico crimine loquitur, & specialiter excipit tria crimina, in quibus non est pars principaliter læsa, vt sic arguas loqui in tali publico crimine, *argu. exceptionis, de qua Deci. & DD. in l. 1. ff. de reg. iur.* & speciale illud arguere regulam in contrarium, *l. 1. ff. ad municip.* admitti debet procurator Vniuersitatis, quæ sola est in punitione illius delicti principaliter interessata, & ita audiui ab Antonio Labata, qui dicebat, quod tunc procurator non prosequebatur interesse secundarium, quia non erat aliud primarium, sed potius principale, *iuxta notat. l. 1. ff. solut. matri.* & confirmatur, quia alias delicta remanerent impunita, quod est absurdisimũ.

Secundo est obseruandum, quod de iure ciuili prohibetur ludus, tam in pecunia, quam in qualibet specie, *vt in l. solent, ff. de aleæ lusu, & aleat. auth. alearum vsus, C. de relig.* nulla tamen poterat ludentibus imponi pœna, sed solum puniebantur in restitutione acquisitorum *textus expressus d. auth. alearum vsus*, vnde coram Iudice sæculari, licet præter restitutionem lucri, nonnulli lusorem pœna arbitraria plectendum esse crediderunt. Verior tamen est contraria sententia, quod aleator vbi sine fraude lusit, non puniatur, nisi aliud delictum ludo fuerit admixtum, *ita resol. Menoch. casu 399. num. 8. & 9. Auend. de exeq. mand. p. 2. cap. 9. num. 3.* durat autem pœna amisionis lucri exigẽdi, *iuxta formam d. Authen. alearum vsus*, & licet in nõnullis partibus aliæ etiam pœnæ imponantur lusoribus, vt in Regno Castellæ, apud nos tamen ad iuris dispositionem pœnæ additæ non reperiuntur. Ex supradictis colligitur, quod receptatores ludentium, & qui ludo consentiunt regulariter de iure ciuili non punientur ex ipsa receptione, quia si non puniuntur ipsi ludentes à fortiori, nec ij qui eos ad se recipiunt, *& ita resoluit vbi supra Menoch. reprehendens Paridem de Puteo, qui in tracta. de ludo scripsit,*

re-

receptores ludentium magis delinquere, & acrius puniri: *vide Bonif. de vita, de malefi. tit. de ludo Azardi*. In Regno tafureriæ sunt in perpetuum sublatæ, & prohibitæ, *vt in §. item que las alfondegas de priuile. ge.* & erant tafureriæ las Tablajerias que se arrendauan, y assi fue necessaria la punicion del Fuero de sublatione Tafureriæ, que por ser temporal, expirò. Colligitur tamen satis ex eo, quod *per d. §. item de las alfondegas*, se prohibe la Tafureria como delicto, & licet pœna certa, & determinata, quæ à Foro illo de sublatione Tafureriæ constituta fuerat, hodie imponi non posit: tamen cum Tafureria sit reprobata pœna arbitraria venit punienda, *l. 1. ff. de iure deliberand. notat Decius cõs. 170. Auendaño de exequend. mandat. 2. p. cap. 26. num. 5.* itaque sit conclusio de Foro, el tener Tablaje, es delicto punible, pœna arbitraria, aunque contra los que juegan, no ay mas pena que de drecho.

Tertiò est aduertendum, quod licet iure, ff. concubinatus permissus esset, vt toto titulo, ff. & C. de concubina, hodie tamen iure nouissimo authenticorũ damnatus est, *glos. & ibi Bart. in l. penulti. de concubin. in l. libere, ff. de ritu nuptiarum, & communem esse hanc sententiam tenet Felinus, cap. cum sit generale, num. 13. de Foro competent. & licet in hoc magna sit inter DD. controuersia, vt videre est ex relatis per Iul. Clarum. in §. coitus*, hæc tamen amplectenda sententia est, ex quo fit, vt ne dum Iudex Ecclesiasticus, sed etiam sæcularis posit concubinarios punire, etiam si concubinam teneat cum requisitis à iure, *Butri. d. cap. cũ sit generale, Boer. decis. 72. p. 1.* nam vbi sine illis requisitis, como son todos los que ay, res est extra omnem dubitationem, quod sint puniendi, *Grammat. voto 4.*

Puniri itaque poterit fornicatio inter solutos, vbi transiret in concubinatum, vt vbi adeo fuerit consueta, & disfamata, quod illa soluta, ad quam quis accedit, publicè dicatur concubina talis, licet alias, *vt Bart. notat. in l. fin. ff. de his quib. vt indignis*, fornicatio inter solutos furtim commis-

missa impunita relinquenda sit, *ita declarat Auenda. de exequend.mandat.reg.p.2.cap.26.num.4. ponderans text. cap.præcipuè 11.q.3.*

Poterunt etiam puniri concubinæ Clericorum per Iudicem sæcularem, licet Clericos concubinarios cohercere nō posset, quod elegāter probat *Zas.sing.respon.cap.17.* quod de manifestis, nō itē de occultis est intelligēdum, *Anchar. cons.196. Lupus in cap.per vestras, §.21.num.12. Auendaño vbi supra*, & idem in concubinis Religiosi, aut alterius cuiuscumque, etiam si sint vxoratæ, dummodo publicæ sint concubinæ, nam licet de adulterio solus vir accusare posit: at hic aliud delictum punitur, scilicet concubinatus.

De vxoratis concubinas habentibus res est extra dubitationem, quod concubinarius puniendus, imò infamis est, *ex not. per Bald. l.2. C. de incæstis nupt.* Pertinetque ad Iudicem sæcularem istius delicti prohibitio, & cura, quia mali exempli, & perniciosi est, nec tollerandum, *l. exemplo, C. de probat.* & debet monere istos, vt à peccato desistant, & nisi destiterint, punitur concubinarius pœna arbitraria, & extra ordinem, *Auendaño vbi supra num. 5. & vide Alberic. l.1. §. iuris, ff. de iustit. & iure, Castrens. omnino l. ex ea parte, §. mulier, ff. de verbor. oblig.* & supra dicta intelligo semper de publico concubinario coitu, vt supra latius: de manera, que los amancebados publicamente, aunque sean solteros, puedan ser acusados, y punidos por el seglar, pena arbitraria.

Quartò animaduerto, quod in vtroque istorum delictorum, Tablajero, y amancebado, se intromittit etiā inter sæculares Iudex Ecclesiasticus, & vtrumq; est mixti Fori, vt de concubinato est apud omnes in confesso, *& probat cap. præcipuè* 11.*q.3.* de receptatore sicuti de ludente, *Grammatic. voto 4.* nec abs re, si enim Iudex Ecclesiasticus circa hæc publica peccata non animaduerteret, nec esset benè Reipublicæ Christianæ consultum, *Pan. cap. duas dudū, de vsur.*

 & ita

& ita quotidie videmus, praxis autem Iudicis Ecclesiastici hæc est, vt cum Ecclesiasticus prohibere debeat, ne homines peccent *d. cap. tuas* moneat peccatores, vt à peccato desistant, & si ad Iudicis Ecclesiastici denuntiationem nõ destiterint, excommunicentur *Pan. & DD. communiter cap. nouit. num. 46. de Iud.* poteritque post excommunicationem, quæ medicinalis pœna est peccatores extra ordinem punire, etiam inuocato Iudice sæculari, *ad tex. & ibi not. in cap. 1. de offic. ordin.*

Quintò, licet in Regno praxis Iudicis Ecclesiastici sine dubio procedat, cæterũ quia Iudex sæcularis ex officio nihil potest, nec inquirendo pœnam imponere, quod de iure licebat, vtique praxis illa inquirendi ne delicta fiant, & ita prouintiam malis hominibus purgando concubinarios, & receptatores ludentium puniendi, *de qua Bald. in auth. ad hæc, in fin. C. de vsu. & in l. 2. C. si mancip. ita fui. alien. vt prosti.* admittenda non est, sed puniendi sunt ad instantiam partis legitimæ, & in hoc dubitatio est maior fere iureconsultorum Regni, pars negat procuratorem Vniuersitatis esse partem legitimam ad accusandum, Antonio Labata contrarium videtur, quia homines honestè viuere, delicta perniciosa tolli, Reipublicæ interest, *vt in §. quia nos, in authen. de nupt.* & hoc interesse in delictis concubinatus, y de Tablajero est principale, quia non est alius, cuius principaliter intersit, ac proinde, regula omnia debent fieri, in casu hoc non procedit, sed in hijs quæ nullius offensam principaliter respiciunt, admittetur procurator Vniuersitatis, & licet contrariam sententiam tenuerint nonnulli Locumtenentes, y ayan proueydo Firmas, por las quales inhiben que el Procurador no acuse, an iure factum sit, viderint ipsi. Mihi videtur verissimum, que el Procurador de la Vniuersidad puede acusarlos, & ne dum appellitu præcedente, sed in fraganti delicto potest Iudex iustè capere. Dicitur autem delictum flagrans in concubinario semper, donec vitã mutauerit, cum sit delictum habens tractum successiuum, &

per-

permanens, vtpote quod in animi destinatione positũ est, *l.penul.ff.de concubi.faciunt nota.per Bart.* & *DD.l.eũ qui,§.in popularibus,ff.de iure iur.*præsumitur autem ma- la vita continuata, vt dicemus, & in receptatore, receptatio præcedere debet intra spatium viginti quatuor horarum, y asi cada dia prenden en fragancia de Tablajero: y el Zal- medina esta Quaresma prendio a S.Clara;y auiendole pre- sentado vna firma, lo traxo a la Corte del Iusticia de Ara- gon a fin de consultar.

Sextò, licet supra dicta vera sint, & tam Ecclesiasticus Iu- dex posit hæc delicta prohibere, quam sæcularis, ad instã- tiam partis legitimæ punire, quia tamen nonnulli se tue- bantur, con firmas, para que el Procurador de la Ciudad no los acusasse: y asi quedando sin acusador, el Iuez secular no podia castigallos, y al Eclesiastico tambien presentauan fir- mas, parecio a los Iurados declarar, que estos hazian tuerto a Zaragoça, y que asi se auia de proceder contra ellos por el Priuilegio de Veinte, y se haze, & quoad punitionem re- ceptatorum ludentium, & concubinarios, cum non satis ex dispositione Fororũ cautum sit, nihil mirũ, cæterùm quoad vsurarios, contra quos prouidetur plenissimè in Foro, *des- seantes de vsuris*, nõ video quo iure fiat: nam quoad verba Priuilegij de torto vix crederem de offensa, quæ Reipubli- cæ fit per delicta, maximè in personam priuatam commis- sa, *de qua tex.l.licitatio,§.quod illicitè,ff.de publica.* esse intelligenda, nisi velimus contra homicidas, & alios delin- quentes Priuilegio isto cautum esse: pero dizen que se haze mucho prouecho, y deue ser à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

Septimò pro intellectu praxis in procedendo, ex isto Priuilegio de Viginti, obseruandum est primo; Priuilegium istud habere vim legis, vtpote cum in Curijs à Rege fuerit concessum, & à Curia cõfirmatum, vt manifestissimum est, & licet Brachium Ecclesiasticum illud non approbauerit tamen ijs temporibus, non conuocabantur ad Curias Ec-

cle-

clesiastici, quos per forum *de Prælatis, & Ecclesiasticis personis*, admissos fuisse, multi existimant, & Forus ipse innuit, ex quo fit, vt cum habeat vim legis, & si non sit redacta in corpus Fororum, cũ tamen sit notoria lex, Iudices tam hoc Priuilegium seruare teneantur, ac cæteras leges, ad ea quæ de leg. extrauag. nota. tradiderunt *DD. in cap. 1. de re iudicata, Pan. cap. Pastoralis, de fide instrum. Bal. l. leges sacratissimæ 2. q. C. de legib. Roma. cons. 260.* quinimo, & si solo iure Priuilegij censeatur, tenebitur Rex per se, & suos Officiales illud seruare, *fo. 1. de his quæ Dominus Rex*, Infertur 2. iurisfirmam prouideri non posse ad impediendũ effectum Priuilegij, & ita anno 1588. cum fuisset declaratum Priuilegiũ de XX. contra los Moriscos, y Montañeses, & Viginti per litteras suas inhibitorias Curiæ Iustitiæ Aragonum intimassent, qualiter procedebant in vim Priuilegij cum requisitione, ne firmas concederent, adiuncta qualitate contra los Veinte, fui à Locumtenentibus consultus, cum alijs Aduocatis, an obtemperare deberent, & omnes consuluimus partem affirmatiuam.

Octauò, sciendũ est per hoc Priuilegium duplicem concedi facultatem. Prima, quod si quis fecerit eis tortum propria authoritate iniurias propulsent, ac ius suum capiant. Secunda, quod contra hunc offendentem vindictam capiant, & hæc secunda pars incipit ibi, *& insuper destruite.* De prima scimus pluribus casibus, hanc facultatem ius sibi dicendi propria authoritate esse concessam, vt aduersus nocturnos agrorum depopulatores, *ad l. 1. C. quando lice. sine iud. se vindi.* & alios plures casus refert *Bald. cap. 2. de pace iura. fir. §. 1. Bart. l. generali, de Decurio, lib. 10. Cod. Alberi. l. nullus de Iudæis, Mainerius, ac Dec. l. non est singulis, ff. de reg. iur.* De secunda, quia valet statutum permittens vindictam propter bonum publicum, vt in desertore Militiæ, *l. fin. C. quando lic. sine iudi. & de bannito docet Bald. in l. 1. C. eod. Pan. cap. fin. de consuetudine. Nellus de Bannitis fol. 119. Felin. c. quæ in Ecclesiarum, n. 13. de cõst.*

No-

Nono aduerte, quod vbi Ciuitas Cæsaraugustæ, procedit in vim Priuilegij, non procedunt vti Iudices, sed tamquam priuatæ personæ, quia ex Priuilegio non eis iurisdictio conceditur, sed facultas capiendi ius suum propria authoritate, sic in antiquis Priuilegijs, quæ Vniuersitatibus cōcedi consueuerant apparet, & ita ex hoc capite in Curijs anni 1564. cum Sebastianus de Arbas obtulisset grauamen, contra el Priuilegio, el Rey declarò, non fore prosequibile, quia ea grauamina in Curijs ventilari possent, quæ contra Officiales iurisdictionem exercentes offerebantur, at quæ in vim Priuilegij fiunt, non fiebant in vim iurisdictionis.

Ex hijs fit. Primò, non requiri citationem partis, vt in simili *ex Bald. l. meminerint, C. vnde vi, resol. Afflictis in Consti. Reg. Sicil. lib. 1. rubr. 8. de cultu pacis, num. 13.* & dixit accurate Relator in Motiuis Processus Domnæ Franciscæ de Erbas, requireretur autem si vti Iudices procederent, etiam si concessa esset eis potestas procedendi de facto, *Lapus alleg. 128. Nellus de Bannitis 3. p. 1. temporis, q. 2. Gabriel 2. tom. commun. de citatio. concl. 1. num. 39. & num. 347.* Secundò, quod neque posint figura iurisdictionis vti, sicut neque habentes æconomicam potestatem de quibus. Y asi se dudò ante los Diputados anno 1588. si podian ser acusados los Veinte, por auer dado tormento, y garrotes, con pregon, y como Iuezes, & tamen, fuimos de voto, que no, porque era el negocio dudoso, & erat magna anni illius calamitas.

Vltimò adde, quod licet nullus sit recursus ad impediendam executionem eorum, quæ fiunt in vim Priuilegij, antequam capiat suum directum, & vindictam, tamen ex post facto benè potest haberi recursus ad Tribunalia Superiora Regni, *ita multi censuerunt, vt refert Relator dicti P⁹* Et Probatur 1. Quia siue dicamus, Ciuitatis homines procedere vti priuatas personas, quis dicet ex concesione capiendi suum, propria authoritate, prohiberi recursum? siue quod vti Iudices, semper censebitur retentum ius querel-

læ per appellationem. 2. Quia licet Rex, & Curia sustulerint in aliquibus Iudicibus appellationem ad Regem interponendam, vt in decem & septem Iudicantibus, Computatoribus Regni, Dominis locorum, & alijs numquam sibi prohibuisse videntur, ne de causa cognoscerent, ex ijs quæ in Principe congerit, ergo aut grauamen in Curijs offerri potest, quod negat Ciuitas, aut ideo non offertur, quia de ijs haberi potest recursus ad alia Tribunalia. 3. Quia si non esset recursus, ergo Iudex inferior, non posset iudicare de meritis eorum, quæ fiunt in vim Priuilegij, quia iurisdictio illius esset limitata, contrarium fuit determinatum in Processu Domnę Franciscę de Erbas, nec obstāt verba Priuilegij, *non inde speretis*, quia imò hoc significat, non esse expectādam Iudicis authoritatem, vbi agitur de iniuria propulsanda, & capienda vindicta, sed quod fiat propria authoritate. De manera, que aunque no se pueda impedir a Zaragoça, con ningun remedio la execucion, pero despues ay recurso, vnde omissio citationis iustior est, *ex Gabriel. vbi sup. num. 360.* y si en caso de tuerto se vengò, està bien: y si sin el, que lo pague Zaragoça.

Ex quo fit vt vbi agitur de executione irretractabili possit impediri executio, como en los garrotes que dierō, *arg. no. per Bal. in Rubr. Cod. contra rationes, vel epistolas,* pero nadie la intentò, quia Priuilegij istius executio formidabilis est. Sed ita sentio pro nunc, testis est mihi Deus.

M. Mirauete de Blancas.